

Ausgewählte Institutionen und Fragen des Privatrechts:
§ 12: Intestaterbfolge und testamentarische Erbfolge

LITERATUR: Kaser/Knütel/Lohsse, Römisches Privatrecht, §§ 65 ff.; Coing, Europäisches Privatrecht I, §§ 117 ff., Europäisches Privatrecht II, §§ 122 ff.

I. Allgemeines

1. Grundsatz der Gesamtrechtsnachfolge: Eintritt des Erben in die Rechtsstellung des Erblassers *per universitatem (succedere in locum defuncti)*

Gai inst. 2, 97

Hactenus tantisper admonuisse sufficit, quemadmodum singulae res nobis adquirantur: nam legatorum ius, quo et ipso singulas res adquirimus, opportunius alio loco referemus. [...]

Vorläufig genügt es, dass ich soweit auseinandergesetzt habe, auf welche Weise wir einzelne Objekte erwerben können; denn das Vermächtnisrecht, nach dem wir ebenfalls einzelne Objekte erwerben, werde ich günstiger an anderer Stelle behandeln. [...]

2. Die „Erbchaft“: *hereditas* und *bonorum possessio*

Gai inst. 2, 12-14

12. Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporales. 13. Corporales haec sunt, quae tangi possunt, velut fundus, homo, vestis, aurum, argentum et denique aliae res innumerabiles. 14. Incorporales sunt, quae tangi non possunt, qualia sunt ea, quae in iure consistunt, sicut hereditas, ususfructus, obligationes quoquo modo contractae. [...]

12. Außerdem sind manche Objekte körperlich, manche unkörperlich. 13. Körperlich sind diejenigen, die man anfassen kann, wie Land, ein Sklave, ein Kleidungsstück, Gold, Silber und schließlich unzählige andere Sachen. 14. Unkörperlich sind diejenigen, die man nicht anfassen kann, wie das, was in einem Recht besteht, z.B. Erbschaft, Nießbrauch, Verbindlichkeiten, ganz gleich, in welcher Weise sie begründet worden sind. [...]

II. Intestaterbfolge

1. Erbfolge nach *ius civile*

a) Hauserben (*sui heredes*)

Inst. 2, 19, 2

Sui autem necessarii heredes sunt veluti filius filia nepos neptisque ex filio et deinceps ceteri liberi, qui modo in potestate morientis fuerint. sed ut nepos neptisque sui heredes sint, non sufficit eum eamve in potestate avi mortis tempore fuisse, sed opus est, ut pater eius vivo patre suo desierit suus heres esse aut morte interceptus aut qualibet alia ratione liberatus potestate: tunc enim nepos neptisque in locum patris sui succedit. sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt et vivo quoque patre

Die eigenen Erben aber sind notwendige Erben, wie z.B. der Sohn, die Tochter, der Enkel, die Enkelin eines Sohnes und dann die übrigen Kinder, soweit sie in der Gewalt des Verstorbenen gestanden hatten. Aber damit der Enkel oder die Enkelin eigene Erben werden, genügt es nicht, dass er oder sie im Todeszeitpunkt unter der Gewalt des Großvaters gestanden hatten, sondern es muss ihr Vater zu Lebzeiten seines Vaters bereits seine Erbenstellung nach ihm verloren haben oder gestorben oder auf irgend eine Weise von seiner Gewalt befreit worden sein. Dann nämlich folgt der Enkel oder die Enkelin auf den Platz ihres Vaters nach. Aber eigene Erben werden sie deshalb genannt, weil sie zum Haus gehörige Erben sind und zu Lebzeiten des Vaters in

Ausgewählte Institutionen und Fragen des Privatrechts:
§ 14: Intestaterbfolge und testamentarische Erbfolge

quodammodo domini existimantur. unde etiam, si quis intestatus mortuus sit, prima causa est in successione liberorum. necessarii vero ideo dicuntur, quia omnimodo, sive velint sive nolint, tam ab intestato quam ex testamento heredes fiunt. [...]	gewisser Weise als dessen Eigentum angesehen werden. Daher sind Erben ersten Ranges die Kinder dessen, der ohne ein Testament errichtet zu haben, verstorben ist. Notwendige (Erben) werden sie aber genannt, weil sie aufgrund der Erbfolge, die nicht auf Testament beruht, oder aufgrund testamentarischer Erbfolge zu Erben werden, ob sie das wollen oder nicht. [...]
---	---

b) Außenerbfolge (*extranei heredes*)

XII Tab. 5, 4+5

4. Si intestato moritur, cui suus heres nec escit, adgnatus proximus familiam habeto. 5. Si adgnatus nec escit, gentiles familiam [habento].	4. Stirbt jemand, der keine Abkömmlinge hat, ohne Testament, so soll der nächste Agnat sein Familiengut erben. 5. Ist ein Agnat nicht vorhanden, sollen die Gentilen die Erbschaft haben.
---	--

Gai inst. 2, 161+162

161. Ceteri, qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei heredes appellantur: itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti sicut extranei videntur; qua de causa et qui a matre heredes instituuntur, eodem numero sunt, quia feminae liberos in potestate non habent. servi quoque qui cum libertate heredes instituti sunt et postea a domino manumissi, eodem numero habentur. 162. Extraneis autem heredibus deliberandi potestas data est, de adeunda hereditate vel non adeunda.	161. Die übrigen, die der Gewalt des Erblassers nicht unterstehen, werden hausfremde Erben genannt. Dabei erscheinen auch eigene Nachkommen, die nicht unserer Gewalt unterstehen, wenn sie von uns als Erben eingesetzt werden, als hausfremd. Deshalb zählen auch diejenigen, die von ihrer Mutter zu Erben eingesetzt werden, zu den Hausfremden, weil Frauen nicht die Gewalt über ihre Kinder ausüben. Auch Sklaven, die testamentarisch als frei und zum Erben erklärt und später von ihrem Herrn noch vor seinem Tode freigelassen worden sind, zählen zu dieser Gruppe. 162. Hausfremden Erben aber wird die Möglichkeit gegeben, zu überlegen, ob sie die Erbschaft antreten wollen oder nicht.
--	--

2. Erbfolge nach Honorarrecht

- a) Nachlassbesitz nach testamentslosem Erblasser (*bonorum possessio intestati*), vgl. oben I. 2.
- b) Klassen (sukzessive Delation)

III. Testamentarische Erbfolge

1. Etymologie

Tituli ex corpore Ulpiani 20, 1

Testamentum est mentis nostrae iusta contestatio, in id sollemniter factum, ut post mortem nostram valeat.	Das Testament ist die Erklärung unserer Absicht vor Zeugen, die zu dem Zweck in feierlicher Form erfolgt, dass sie nach unserem Tod Wirksamkeit erlangt.
--	--

2. Testamentsformen

Gai inst. 2, 101+102

101. Testamentorum autem genera initio duo fuerunt: nam aut calatis comitiis testamentum faciebant, quae comitia bis in	101. Anfangs gab es aber zwei Arten von Testamenten: denn man errichtete ein Testament entweder auf den Kalatkomitien, die zweimal im Jahr zu diesem Zweck
---	--

Ausgewählte Institutionen und Fragen des Privatrechts:
§ 14: Intestaterbfolge und testamentarische Erbfolge

anno testamentis faciendis destinatae erant, aut in procinctu, id est, cum belli causa arma sumebant: procinctus est enim expeditus et armatus exercitus. alterum itaque in pace et in otio faciebant, alterum in proelium exituri. 102. Accessit deinde tertium genus testamenti, quod per aes et libram agitur: qui neque calatis comitiis neque in procinctu testamentum fecerat, is, si subita morte urgebatur, amico familiam suam, id est patrimonium suum, mancipio dabat eumque rogabat, quid cuique post mortem suam dari vellet. quod testamentum dicitur per aes et libram, scilicet quia per mancipationem peragitur.

abgehalten wurden, oder *in procinctu*, d.h. wenn man sich zum Kriege rüstete: *procinctus* ist nämlich das marschbereite, bewaffnete Heer. Das eine Testament errichtete man also im Frieden und in aller Ruhe, das andere, wenn man im Begriff war, in die Schlacht zu ziehen. 102. Später kam eine dritte Art des Testaments hinzu, das mit Kupferstück und Waage errichtet wird: wer weder auf den Kalatkomitien noch *in procinctu* sein Testament gemacht hatte, manzipierte, wenn er plötzlich sein Ende nahen fühlte, einem Freund seinen Nachlass, d.h. sein väterliches Erbe, und trug ihm auf, was er jedem nach seinem Tode zugeteilt wissen wollte. Das Testament heißt „mit Kupferstück und Waage“, natürlich weil es mit Hilfe einer *mancipatio* errichtet wird.

- a) Altrömische Formen
 - aa) Das Testament vor der Volksversammlung (*testamentum calatis comitiis*)
 - bb) Das Testament vor dem abmarschbereiten Heer (*testamentum in procinctu*)
- b) Das Manzipationstestament (*testamentum per aes et libram*)
- c) Schriftform
- d) Nottestamentsformen
 - aa) Das Seuchentestament (**testamentum tempore pestis conditum*)

C. 6, 23, 8 (Diocletian/Maximinian, a. 290)

Casus maioris ac novi contingentis ratione adversus timorem contagionis, quae testes deterret, aliquid de iure laxatum est: non tamen prorsus reliqua etiam testamentorum solemnitas perempta est. Testes enim huiusmodi morbo oppresso eo tempore iungi atque sociari remissum est, non etiam conveniendi numeri eorum observatio sublata.

Auch wenn unter Berücksichtigung der Furcht von Zeugen, sich angesichts einer bestehenden Ansteckungsgefahr anzustecken, die rechtlichen Anforderungen etwas gelockert wurden, so sind nicht etwa die übrigen formellen Voraussetzungen für ein Testament aufgehoben worden. Wenn nämlich auch darauf verzichtet wurde, die Zeugen bei dem Erkrankten gleichzeitig zu versammeln, wurde nicht auch das Erfordernis hinsichtlich der zu versammelnden Zahl aufgehoben.

- bb) Das Landtestament (**testamentum ruri conditum*)

C. 6, 23, 31, 2-4 (Iustinian, a. 534)

2 In illis vero locis, in quibus raro inveniuntur homines litterati, per praesentem legem rusticanis concedimus antiquam eorum consuetudinem legis vicem obtinere, ita tamen, ut, ubi scientes litteras inventi fuerint,

2 An den Orten, an denen selten schreibkundige Menschen aufgefunden werden, gestatten Wir durch das gegenwärtige Gesetz den Bauern, ihre althergebrachte Gewohnheit anstelle des Gesetzes beizubehalten, allerdings derart, dass dort, wo man Schreibkundige findet,

septem testes, quos ad testimonium vocari necesse est adhibeantur et unusquisque pro sua persona subscribat: ubi autem non inveniuntur litterati, septem testes et sine scriptura testimonium adhibentes admitti. 3 Si autem in illo loco minime inventi fuerint septem testes, usque ad quinque modis omnibus testes adhiberi iubemus: minus autem nullo modo concedimus. 4 Si vero unus aut duo vel plures scierint litteras, liceat his pro ignorantibus litteras praesentibus tamen, subscriptionem suam imponere, sic tamen, ut ipsi testes cognoscant testatoris voluntatem et maxime quem vel quos heredes sibi relinquere voluerit, et hoc post mortem testatoris iurati deponant.

sieben Zeugen, die man notwendigerweise zum Zeugnis herbeirufen muss, heranzuziehen sind, und jeder für seine Person unterschreibt. Wo aber Schreibkundige nicht aufzufinden sind, soll die Zuziehung von sieben Zeugen auch ohne Unterschriftsleistung zugelassen werden. 3 Wenn aber an einem solchen Ort sieben Zeugen nicht zu finden sind, gestatten Wir, dass zu allem Erforderlichen fünf Zeugen herangezogen werden; weniger aber erlauben wir keinesfalls. 4 Sollten einer, zwei oder mehr schreiben können, soll diesen gestattet sein, für die schreibunkundigen, aber jedenfalls anwesenden Zeugen, ihre Unterschrift zu leisten, vorausgesetzt, die Zeugen selbst kennen den Willen des Testamentserrichters, vor allem, wen oder welche er als seine Erben berufen will, und dass sie dies nach dem Tod des Testamentserrichters eidlich niederlegen.

3. Inhalt und Auslegung von Testamenten

a) Mindestvoraussetzungen: Erbeinsetzung (*heredis institutio*) und Enterbung der übrigen Berufenen (*exhereditio*)

Gai inst. 2, 229

Ante heredis institutionem <in>utiliter legatur, scilicet quia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt, et ob id velut caput et fundamentum intellegitur totius testamenti heredis institutio.

Was vor Einsetzung des Erben vermacht wird, ist <un>gültig, natürlich weil die Testamente ihre Wirksamkeit aus der Einsetzung des Erben empfangen, und deshalb sieht man die Einsetzung des Erben sozusagen als Hauptsache und Grundlage des gesamten Testaments an.

b) Unzulässige Verfügungen

D. 28, 5, 89 (Gaius sing. de cas.)

Ei qui solvendo non est aliquo casu evenit, ut et servus cum libertate heres existat et praeterea alius heres adiciatur: veluti si servo cum libertate herede instituto ita adiectum sit: „si mihi Stichus heres erit, tunc Titius quoque heres esto“: nam Titius, antequam Stichus ex testamento heres exstiterit, heres esse non potest, cum autem semel heres exstiterit servus, non potest adiectus efficere, ut qui semel heres exstitit desinat heres esse.

Bei einem Zahlungsunfähigen kommt es gelegentlich vor, dass ein Sklave freigelassen wird und Erbe wird und außerdem eine andere Person zusätzlich als Erbe eingesetzt wird, wenn z.B. einer Erbeinsetzung eines freizulassenden Sklaven folgendes beigefügt ist: „Wenn Stichus mein Erbe wird, so soll auch Titius Erbe sein“. Denn Titius kann nicht Erbe sein, bevor Stichus aufgrund des Testaments Erbe geworden ist. Da aber der Sklave einmal Erbe geworden ist, kann die Hinzufügung der Erbeinsetzung nicht bewirken, dass derjenige, der einmal Erbe geworden ist, seine Erbenstellung verliert.

Inst. 2, 14, 5

[...] neque enim idem ex parte [...] und ein und dieselbe Person kann nicht teilweise testatus et ex parte intestatus aufgrund von Testament und teilweise aufgrund

Ausgewählte Institutionen und Fragen des Privatrechts:
§ 14: Intestaterbfolge und testamentarische Erbfolge

decedere potest, nisi sit miles, cuius sola voluntas in testando spectatur [...]	Intestaterbfolge seinen Nachlass für den Todesfall regeln, es sei denn, es handelt sich um einen Soldaten, dessen einzige Absicht in der Errichtung eines Testaments gesehen wird [...]
--	--

c) *favor testamenti* bei der Auslegung

D. 28, 5, 1, 3-6 (Ulp. 1 Sab.)

Qui neque legaturus quid est neque quemdam exheredatus, quinque verbis potest facere testamentum, ut dicat: „Lucius Titius mihi heres esto“: haec autem scriptura pertinet ad eum qui non per scripturam testatur. qui poterit etiam tribus verbis testari, ut dicat: „Lucius heres esto“: nam et „mihi“ et „Titius“ abundat. 4. Si ex fundo fuisset aliquis solus institutus, valet institutio detracta fundi mentione. 5. Si autem sic scribat: „Lucius heres“ licet non adiecerit „esto“, credimus plus nuncupatum, minus scriptum: et si ita: „Lucius esto“, tantundem dicimus: ergo et si ita: „Lucius“ solummodo. Marcellus non insuptiliter non putat hodie hoc procedere. divus autem Pius, cum quidam portiones inter heredes distribuisset ita: „ille ex parte tota, ille ex tota“ nec adiecisset „heres esto“, rescripsit valere institutionem: quod et Iulianus scripsit. 6. Item divus Pius rescripsit „illa uxor mea esto“ institutionem valere, licet deesset „heres“.

Wer kein Vermächtnis aussetzen und keine Enterbung aussprechen will, kann mit fünf Worten ein Testament errichten, wenn er sagt: „Lucius Titius soll mein Erbe sein“. Dieser Text bezieht sich auf denjenigen, der nicht schriftlich testiert. Er kann auch mit drei Worten testieren, wenn er sagt: „Lucius soll Erbe sein“, denn sogar „mein“ und „Titius“ sind überflüssig. 4. Wenn jemand als einziger Erbe bezüglich eines Grundstücks eingesetzt worden ist, so gilt die Einsetzung, wobei die Erwähnung des Grundstücks gestrichen wird. 5. Schreibt er aber folgendermaßen: „Lucius Erbe“, auch wenn er nicht hinzufügt „soll sein“, so nehmen wir an, dass er mehr erklärt, aber weniger geschrieben hat. Und wenn er folgendermaßen (schreibt): „Lucius soll sein“, so sagen wir dasselbe. Folglich auch dann, wenn (er) nur folgendermaßen (schreibt): „Lucius“. Marcellus meint recht scharfsinnig, dass dies heutzutage nicht mehr angehe. Aber der vergöttlichte (Kaiser Antoninus) Pius hat in einem Reskript bestimmt, dass die Erbeinsetzung wirksam sei, wenn jemand die Erbteile auf die Erben folgendermaßen verteilt hat: „Dieser zur einen, jener zur anderen Hälfte“ und nicht hinzugefügt hat „soll Erbe sein“. Dies hat auch Julian geschrieben. 6. Ebenso hat der vergöttlichte (Kaiser Antoninus) Pius in einem Reskript bestimmt, die Erbeinsetzung „Jene, meine Ehefrau, soll sein“ sei wirksam, auch wenn „Erbin“ fehlt.

d) Vermächtnis

XII Tab. 5, 3

3. Uti legassit super pecunia tutelave suae rei, ita ius esto.	3. Wie jemand hinsichtlich seines Geldes und der Vormundschaft über seine Sache letztwillig bestimmt hat, so soll es rechtens sein.
--	---

aa) Arten

Gai inst. 2, 193+201

193. Per vindicationem hoc modo legamus: TITIO verbi gratia HOMINEM STICHUM DO LEGO; sed <et> si alterum verbum positum sit, veluti DO aut LEGO, aequè per vindicationem legatum est: item, ut magis visum est, et si ita legatum fuerit: SUMITO vel ita: SIBI HABETO

193. Ein Vindikationsvermächtnis setzen wir in folgender Weise aus: DEM TITIUS beispielsweise GEBE UND VERMACHE ICH DEN SKLAVEN STICHUS. Aber wenn nur eines von beiden Wörtern steht, wie ICH GEBE oder ICH VERMACHE, so ist es auch ein Vindikationsvermächtnis. Ebenso ist es nach der heutzutage vorherrschenden Meinung der Rechtsgelehrten ein Vindikationsvermächtnis,

Ausgewählte Institutionen und Fragen des Privatrechts:
§ 14: Intestaterbfolge und testamentarische Erbfolge

vel ita CAPITO, aequè per vindicationem legatum est. [...] 201. Per damnationem hoc modo legamus: HERES MEUS STICHUM SERVUM MEUM DARE DAMNAS ESTO; sed et si DATO scriptum fuerit, per damnationem legatum est.	wenn folgendermaßen vermacht ist: (ER) SOLL IHN NEHMEN oder FÜR SICH HABEN oder ERHALTEN. [...] 201. Ein Verpflichtungsvermächtnis setzen wir in folgender Weise aus: MEIN ERBE SOLL VERPFLICHTET SEIN, MEINEN SKLAVEN STICHUS ZU GEBEN. Aber auch wenn geschrieben ist: ER SOLL GEBEN, so ist es ein Verpflichtungsvermächtnis.
---	--

bb) Beschränkungen: Die Lex Falcidia (40 v. Chr.)

Gai inst. 2, 227

Lata est itaque lex Falcidia, qua cautum est, ne plus ei legare liceat quam dodrantem: itaque necesse est, ut heres quartam partem hereditatis habeat: et hoc nunc iure utimur.	Daher wurde die <i>Lex Falcidia</i> erlassen, in der festgelegt ist, dass man nicht mehr als drei Viertel in Form von Vermächtnissen hinterlassen darf. Daher muss der Erbe notwendigerweise ein Viertel der Erbschaft behalten, und diese Rechtsnorm befolgen wir heute.
---	---

cc) Weitere Formen des Einzelerwerbs

(1) *fidei commissum* (ursprünglich nicht einklagbare Bitte des Erblassers) in Form von Kodizillen (Briefen)

(2) Schenkung von Todes wegen (*donatio mortis causa*)

D. 39, 6, 2 (Ulpian 32 Sab.)

Iulianus libro septimo decimo digestorum tres esse species mortis causa donationum ait, unam, cum quis nullo praesentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatione mortalitatis donat. aliam esse speciem mortis causa donationum ait, cum quis imminente periculo commotus ita donat, ut statim fiat accipientis. tertium genus esse donationis ait, si quis periculo motus non sic det, it statim faciat accipientis, sed tunc demum, cum mors fuerit insecuta.	Julian schreibt im siebzehnten Buch seiner Digesten, es gebe drei Arten von Schenkungen von Todes wegen, zum einen die, wenn jemand ohne von einer gegenwärtigen Gefahr erschreckt allein aufgrund des Gedankens seiner Sterblichkeit schenkt. Zum anderen erwähnt er die Art von Schenkung von Todes wegen, wenn jemand bewegt von drohender Gefahr in der Weise schenkt, dass die Sache sofort Eigentum des Beschenkten wird. Als dritte Art der Schenkung erwähnt er die, bei der jemand von einer Gefahr erschreckt in der Weise gibt, dass er die Sache sofort in das Eigentum des Beschenkten überträgt, allerdings erst, wenn der Tod auch eingetreten ist.
--	--

IV. Pflichtteilsrecht

Inst. 2, 18 pr.+1

Quia plerumque parentes sine causa liberos suos vel exheredant vel omittunt, inductum est, ut de inofficioso testamento agere possint liberi, qui queruntur aut inique se exheredatos aut inique praeteritos, hoc colore, quasi non sanae mentis fuerunt, cum testamentum ordinarent. sed hoc dicitur, non quasi vere furiosus sit. sed recte quidem fecit testamentum, non autem ex officio pietatis:

Da Eltern häufig ihre Kinder ohne Grund enterben oder übergehen, ist es eingeführt worden, dass Kinder wegen Pflichtwidrigkeit des Testaments mit der Beschwerde klagen können, sie seien ungerecht enterbt oder übergegangen worden, wobei sie anführen, diese seien nicht bei vollem Verstand gewesen, als sie das Testament errichtet hatten. Dabei wird jedoch nicht behauptet, er sei tatsächlich geisteskrank gewesen. Er hat das Testament zwar wirksam errichtet, dabei aber die elterliche Pflicht

nam si vere furiosus est, nullum est testamentum. 1. Non tamen autem liberis permissum est parentum testamentum inofficiosum accusare, verum etiam parentibus liberorum. soror autem et frater turpibus personis scriptis heredibus ex sacris constitutionibus praelati sunt: non ergo contra omnes heredes agere possunt. ultra fratres et sorores cognati nullo modo aut agere possunt aut agentes vincere.

verletzt. Denn wenn er tatsächlich geisteskrank ist, ist das Testament nichtig. 1. Aber nicht nur Kindern ist es gestattet, das Testament der Eltern, sondern auch den Eltern, das Testament der Kinder als pflichtenwidrig anzuklagen. Schwester und Bruder aber sind in heiligen Konstitutionen anrühigen als Erben eingesetzten Personen vorgezogen worden. Sie können daher nicht gegen alle Erben klagen. Entferntere Blutsverwandte als Brüder und Schwestern können keinesfalls klagen oder als Kläger erfolgreich sein.

V. Zum Beispiel: Das Testament des Antonius Silvanus

Testamentum Antonii Silvani, Polyptychon, Alexandria, 142 n. Chr. (FIRA III 47)

pag. 1 (tab. 1 verso)

Antonius Silvanus eq(ues) alae I
Thracum Mauretanae, stator praef(ecti),
turma Valeri, testamentum
fecit. Omnium bonor[um meo]-
rum castrens[ium et d]omes-
ticum M. Antonius Sat[ri]anus

pag. 2 (tab. 2 recto)

filius meus ex asse mihi heres
esto : ceteri ali omnes exheredes
sunto : cernitoque hereditatem
meam in diebus C proximis: ne (l. ni) i-
ta creuerit exheres esto. Tunc
secundo grado (l. gradu) [...] Antonius
R..[.....].[.].[.]lis frater

pag. 3 (tab. 2 verso)

meus mihi heres esto, cernito-
que hereditatem meam in diebus
LX proximus (l. proximis) : qui (l. cui) do lego, si mihi
heres non erit, (denarios) argenteos septin-
gentos quinquaginta. Procurato-
rem bonorum meorum castrensi-
um ad bona mea colligenda et
restituenda Antonia<e> Thermutha<e>

pag. 4 (tab. 3 recto)

matri heredi<s> mei s(upra) s(cripti) facio Hieracem
Behecis dupl(icarium) alae eiusdem, turma
Aebuti, ut et ipsa seruet donec
filius meus et heres suae tutel-
lae fuerit et tunc ab ea recipiat :
qui (l. cui) do lego (denarios) argenteos quinquaginta. Do lego Antonia<e> Thermutha<e>
matri heredi<s> mei s(upra) s(cripti) (denarios) argenteos

pag. 5 (tab. 3 verso)

quingentos. Do lego praef(ecto) meo
(denarios) arg(enteos) quinquaginta. Cronionem
seruom meum pos<t< mortem meam,
si omnia recte tractauerit et

trad<id>erit heredi meo s(upra) s(cripto) uel
procuratori, tunc liberum uolo
esse uicesimanque (l. -amque) pro eo ex
bonis meis dari uolo.

pag. 6 (tab. 4 recto)

H(oc) t(estamento) d(olus) m(alus) <<h>> <a>(besto). Familiam pequi-
niaeque (l. pecuniamque) t(estamenti) f(aciendi) c(ausa) e(mit)
Nemonium (l. -ius)
dupl(icarius) tur(ma) Mari, libripende M. Iulium (l. -io)
Tiberinum (l. -o) sesq(uiuplicario) tur(ma) Valeri, antes-
tatus est Turbinium sig(niferum) tur(mae)
Proculi. Testamentum factum
Alex(andrae) ad Aeg(yptum) in castris Aug(ustis?)
hibernis leg(ionis) II Tr(aiana) For(tis)

pag. 7 (tab. 4 verso)

et alae Mauretanae, VI kal.
Ap[ri]l[es] Rufino et Quadrato cos.
II.a manus: Ἀντώνιος Σιλβανός ὁ προγεγραμ-
μένος ἀντέλαβον τὴν προκιμένην
μου διαθήκην καὶ ἀναγνώσθη καὶ
<<θα>> ἤρεσ[έ μοι κ]αθὼς πρόκειται.

pag. 8 (tab. 5 ext.)

III.a manus: Nemonius --
dupl(icarius) t(urma) Mari
signavi
IV.a manus: Ἰούλιος Τιβερεῖνος
σησκουπλ[ικ]άριος
τύρμης Οὐαλ[ερίου].
V.a manus: Turbinus eq(ues)
sig(nifer) turm(a)
Pr[oculi].
VI.a manus: Valerius [--]
Rufus eq(ues) sig(nifer)
.e.tur[.].uis.
VII.a manus: Maximus dupl(icarius)
[...] ...usti si
[gnavi].
VIII.ae manus: --
IX.a manus: Ἀντώνιος Σιλ-
βανός σιγν[άουι].